



CALLIDA CŌNSILIA DĒ FASCICULŌ MALCAVIĀNŌ GERENDŌ

Quamquam multī sunt modi huius fasciculi gerendī, hic cōnsilia dantur quae tibi profuerint.

CŌNSILIA GENERĀLIA

Primō lūdō

Posside vampyrum m̄ximae capacitātis cum superiore Dominatiōnis \diamond gradū ex liberā regiōne, quī chartam *Imperandi haesitantibus* superiore gradū mittat, ut trēs sanguinis guttās iūniōri vampyrō tuae liberae regiōnis addat. His sanguinis guttās et trānsfusiōnibus frequentēs vampyrōs exiguō stillarum sanguinis sūmptū cito possidere poteris.

Mediō lūdō

Cum primum trēs vampyrōs in mēnsa possidebis, sanguinem praedae mittere vel in eam missiōnes sanguinis derivāre incipito, quibus eius stillās sanguinis perdās:

Sanguinem mitte: chartā *Imperandi haesitantibus* aut vampyrōrum āctibus innātis sanguinem mitte. Si praeda āctūi obstāre recūsāt, demūtātricem (*Amōre capiendi, Assuefaciendi* aut *Perniciēi vāticinandi*) mitte, quae sanguinis missiōnem augeat.

Missiōnes sanguinis derivā: Si quis tibi sanguinem mittit, chartam respondendi mitte (*Derivandi* aut *Colloquiō mentis fallendi*) ad scopum sanguinis missiōnem praedā permūtandum.

Postremō lūdō

Si iam duo Mathusalaē et tū reliquī estis, sanguinem mittere et praedātōris āctūs sanguinis mittendi in praedam derivāre perge, donec eōs ex ordine ā lūdō excludās.

CŌNSILIA SPECIĀLIA

Quōmodo āctūs peragās?

Actūs ordinā: primum āctūs nullius mōmentī et deinde āctūs m̄ximī incipito.

Tē celā: hic fasciculus multās chartās continet ad tē celandum. Itaque si quis minister tibi obstāre cōnātur, demūtātricēs mitte quibus tē aliis gradibus celēs.

Prohibē ne sanguinis missiōnes deriventur:

Quia nōn bonum cōnsilium esse solet ut praeda (sive fasciculum Tremariū \otimes sive Ventrum \times gerēs) in alium Mathusalam missiōnes sanguinis tuās derivet, propterea tibi suādemus ut:

▪ **Antequam sanguinem mittās,** chartam *Revelatiōnum* iūvenissimō vampyrō *Auspice* \mathcal{A} praeditō mittās, quā manum praedae īnspicās et de eā chartam *Derivandi* aut *Colloquiō mentis fallendi* depōnās.

▪ **Postquam ā praedā derivāvis es,** sive chartā respondendi *Derivandi* sive *Colloquiō mentis fallendi*, et Mathusala pro scopō habitus āctūi obstāre recūsāvit, chartam *Clam explorandi* superiore gradū mittās, nē illae stillae propter tuam sanguinis missiōnem exūrantur.

Guttās sanguinis cūrā

Vampyrī tui guttās sanguinis propter chartās, quas mittunt, et pugnās āmittere solent. Si satis guttās sanguinis caruerint, aliquot chartās ministrōrum mittere nequibunt (exempli grātiā, *Assuefaciendi* et *Derivandi*). Fasciculus autem nōnnullās chartās continet quas adhibere potes ad guttās sanguinis vampyrōrum augendās (h. e., *Locus vēnandi: phrenocomium, Vitam urbānam,* et *Pūpam sanguineam*). Cūrā ut quisque vampyrūs ā tē possessus *Pūpam sanguineam* habeat, quā guttās sanguinis ex conceptāculō in eōs trānsferre possis.

Quōmodo tē ipsum tūteris?

Ā missiōnibus sanguinis: chartam respondendi *Derivandi* vel *Colloquiō mentis fallendi* mitrito, ut missiōnem sanguinis in praedam derivēs, quia:

▪ **missiō sanguinis celāta est** (aliquandō oportet āctūi obstāre cōnārī, ut praedātōri sē celāre liceat), quam ob rem praeda amplius urgebitur.

▪ **minister tibi sanguinem mittit,** cui obstāre nōnvīs (nam in pugnā cavendus est).

In pugna: cūrā nē pugnam cum Nosferātō \otimes aut Tremariō \otimes ineās. Sōla pugnae charta tibi est *Nocte dēvorātus*, quae tibi currere licet et prōderit, ubi vampyrūs tuus exsanguis fuerit, aut in pugnā cum Nosferātō, quī premere nequirit ad pugnam pergendam (exempli grātiā, chartā *Canis dērelicti* in mēnsa positā).

Quibus āctibus obstāre oportet?: āctibus cīvilibus qui stillās sanguinis exūrant, vel āctibus sanguinis mittendi quōs derivāre nequeās. Nē Nosferātō \otimes aut Tremariō \otimes , obstiteris, nisi prōrum necessārium (exempli grātiā, ubi āctum cōnātus erit qui diūturnam intercipiendi facultatem ei dederit, velut *Corvi explorātōris, Crātēris cōnfluentis* aut *Autobirotae*). **Stillās sanguinis acquirē:** hoc praecipue adipiscēris praedam ā lūdō excludendō.

Quōmodo chartās manūs cūrēs?

Si manūs demūtātricibus āctuum celantibus vel chartīs respondendi impedita fuerit, āctum temporis depōnendi vel *Agrōs sterilēs* adhibito ad chartam depōnendam minime necessāriam. Etiam *Somnia Sphingis* usurpare tibi licebit ad manūs magnitudinem duābus chartīs usque ad finem huius vicis augendam.

FASCICULUS MALCAVIĀNUS

Crypta (12 chartārum)

- 2 Alexander Silverson
- 2 Andrea Liu
- 1 Ashlea
- 1 Coleta
- 2 Donaldus Kowalczyk
- 1 Dr. Stephanus Norton
- 1 Gelasia Fotiou
- 1 Margarita
- 1 Sullivānus

Bibliotheca (77 chartārum)

- 1 Agrī sterilēs
- 4 Amōre capere
- 4 Assuefacere
- 1 Bibliotheca antiqua
- 4 Clam explorāre
- 5 Colloquiō mentis fallere
- 4 Concilium celāre
- 5 Derivāre
- 12 Imperāre haesitantibus
- 4 In turbā aberrāre
- 1 Locus vēnandi: phrenocomium
- 1 Maior rerum imāgō
- 4 Nocte dēvorātus
- 4 Nox sine faciē
- 5 Oculi Argī
- 5 Oculi vigilāntēs
- 2 Perniciem vāticinārī
- 4 Pūpa sanguinea
- 4 Revelatiōnes
- 1 Somnia Sphingis
- 2 Vita urbāna

EPITOMĒ LĒGUM QUĪNTAE ĒDITIONIS LŪDĪ VAMPIRE: THE ETERNAL STRUGGLE

DĒ VICIS TEMPORIBUS

1. **Tempus ̄rigendi:** omnēs chartās tuās ̄rige. Si lauream habēs, stillam sanguinis acquirere potes.

2. **Tempus magistrī:** actum temporis magistrī adhibe plerūque ad chartam magistrī mittendam.

3. Tempus ministrōrum:

• **Tuā vice:** actūs ̄ incipe (v. EPITOMĒ ĀCTŪS) et eōs demūtātricibus ̄ demūtā. In pugnā chartās pugnae ̄ mitte.

• **Alius vice:** obstāre cōnāre, chartās respondendī ̄ et pugnae ̄ mitte.

4. **Tempus persuadendi:** hōc tempore ineunte 4 transfusiōnēs acquirere solēs:

• 1 transfusiōnem insūme ut stillam sanguinis ex conceptāculō in vampyrum tuae liberae regiōnis transferās.

• 2 transfusiōnēs insūme ut guttam sanguinis ex vampyrō tuae liberae regiōnis in conceptāculum transferās.

• 4 transfusiōnēs insūme et stillam sanguinis exire ut vampyrum ex cryptā in liberam regiōnem transferās.

5. **Tempus depōnendi:** actum temporis depōnendi adhibe ut chartam dē manū depōnās (eam repōne).

EPITOMĒ ĀCTŪS

1. **Āctum nūntiāre:** chartam agendī mitte (sī oportet) omnīnō circumscribendō eius scopōs, impēnsam in āctum faciendam, eiusque effectūs. Deinde chartam repōne.

2. Ēventās omnium obstantiārum statuere

• Cui licet obstāre..:

- actū directō?: Mathusalae prō scopō habitō,
- actū obliquo?: primum praedae, et deinde praedatōrī,

• **Facultātēs sui celandi et intercipiendi:** actum celāre licet tantum sī necessārium. Ministrō obstantī facultātem intercipiendī augere licet tantum sī necessārium.

3. Ēventum actūs statuere

• **Sī actus bene cēdit:** impēnsa in āctum fac, eiusque effectūs suum opus efficiunt (v. ĀCTUUM GENERA ET EFFECTŪS).

• **Sī quis actū obstat:** charta agendī exūritur, minister obstāns vertitur et pugnam cōseritur (v. GRADŪS PUGNAE).

ĀCTUUM GENERA ET EFFECTŪS

Sanguinem mittere: actus directus contrā praedam quem cuilibet ministrō parātō incipere licet ut Mathusala prō scopō habitus tot stillas sanguinis exūrat quot stillae sanguinis missae sunt. Sī plus quam stilla sanguinis missa est, lauream acquirīs.

Vēnari: actus obliquus aliō gradū celātus quem cuilibet vampyrō parātō incipere licet, ut tot guttas sanguinis ex haemothecā acquirat quot guttas sanguinis vēnātus est.

Instruere: ̄: actus obliquus aliō gradū celātus quem cuilibet ministrō parātō incipere licet ut:

• instrūmentum ipsi impōnātur (sī dē manū venit).

• quālibet chartās instrūmentī ex aliō ministrō tuō in sē ipsum transferantur.

Clientem cōducere: ̄: actus obliquus aliō gradū celātus quem cuilibet ministrō parātō incipere licet ut clientem ipsi impōnat.

Socium supplere: ̄: actus obliquus aliō gradū celātus quem cuilibet ministrō parātō incipere licet ut ministrum in mēnsā pōnat, quī vampyrum nōn est.

Actus civilis: ̄: actus obliquus aliō gradū celātus quem cuilibet vampyrō parātō incipere licet ut rogatiōnem ferat (v. GRADŪS ROGATIŌNIS).

Ē lethargō exurgere: actus obliquus aliō gradū celātus duābus sanguinis guttis cōstāns quem cuilibet vampyrō lethargicō incipere licet ut in regiōnem parātam transferātur.

Vampyrum ē lethargō suscitāre: actus obliquus quem cuilibet vampyrō parātō incipere licet ut vampyrum lethargicum ā quōdam Mathusalā possessum in regiōnem parātam illius Mathusalae transferat.

• Actus obliquus aliō gradū celātus, sī utrumque vampyrum possides.

• Actus directus, nisi vampyrum prō scopō habitum possides. Hic actus duābus sanguinis guttis cōstat quās aut vampyrum agens aut suscitātus aut uterque aequē solvere potest.

Vampyrum lethargicum diabolificare: actus quem cuilibet vampyrō incipere licet ut vampyrum lethargicum exūrat.

• Actus obliquus aliō gradū celātus, sī utrumque vampyrum possides.

• Actus directus, nisi vampyrum prō scopō habitum possides.

GRADŪS ROGATIŌNIS

1. **Prōmulgatiō condiciōnum rogatiōnis:** sī quaevis condiciōnēs sunt pōnendae, id nunc facitō.

2. **Suffragium:** Mathusalis tabellās ita acquirere licet:

• **Chartā actūs civilis.** Tabellam dat. Cuique Mathusalae unam tantum exurere licet ut tabellam acquirat.

• **Laureā.** Mathusala lauream gerēs potest eam exurere ad tabellam acquirendam.

• **Vampyrīs dignitate praeditis.** Primōgenitus tabellam dat, princeps duās tabellās, iusticiarius trēs tabellās.

• **Aliis chartis.**

3. **Rogatiōnem perferre:** sī plūrēs tabellae U.R. sunt quam tabellae A., rogatiō iubetur et opus suum efficitur.

GRADŪS PUGNAE

Ministrō agentī semper quoque in gradū pugnae primum chartās vel effectūs ante mittere licet, quam adversariō.

1. **Antequam spatium cōstituatur.** Chartās “antequam spatium cōstituatur” dicentēs mitte.

2. **Spatium cōstituere.** Currere potes, ut aut ēminus aut comminus pugnētur.

3. **Antequam ictūs eligantur.** Chartās “antequam ictūs eligantur” dicentēs mitte.

4. **Ictūs inferre.**

a. **Ictum elige.** Uterque minister suum ictum eligit.

b. **Ictum statuere.** Effectūs ictuum simul statuuntur (v. EFFECTŪS ICTUUM).

5. **Vulnera statuere.** Vulnera elūde vel sarcī.

6. **Premere.** Preme ad alium impetum faciendum aut ad pugnam dirimendam.

7. **Exitus pugnae impetūs.** Chartās mitte “extrēmō pugnae impetū” dicentēs.

EFFECTŪS ICTUUM

Ictus manū: tot vulnera comminus tantum infert quot gradūs vīs ministrō tuō sunt.

Vitae: ministrum vitantem eiusque possessionēs, clientibus tamen exceptis, ab effectibus ictūs ministrī adversariī et comminus et ēminus prōhibet.

Pugnam dirimere: ictus primum est semper statuendus, pugnamque statim et comminus et ēminus dirimit.

Sanguinem surripere: guttas sanguinis vel vitae ex adversariō in ministrum icentem transfert.